

nam militabat in picturâ per l. 23. §. 3. ff. de rei vindicat ac  
verò antiquata nunc ista lex per §. 34. Inst. de rer. divis. ita  
ut hodie tabula cedat picturâ. Mixta accessio fit perce-  
ptione fructuum à bonæ fidei possessore, qui fructus ex re  
alienâ percipiendo omnes suos facit l. bonæ fidei 48. ff. de  
acquir. rer. dom. Zoësius hic num. 62. & seqq.

## XX.

Civiles modi sunt, qui tantum inter Cives Romanos  
lege quadam sunt recepti, iique sunt vel rerum singularum, ut  
usucapio (a) seu longi temporis possessio; vel universalium, ut  
successio. (b)

(a) Præcipuus de Jure civili res singulas acquirendi  
modus est usucapio seu præscriptio, quæ hodierno Jure  
cum usucapione est eadem l. unice. C. de usucap. transf. Est  
autem acquisitio domini Civilis §. fin. Inst. de usu & habi-  
tatione, Donell. lib. 5. Comm. c. 5. ex justâ rei possessione  
l. 3. l. 25. ff. de usucap. per legitimum tempus continuata,  
d. l. 3. l. 20. eod. §. diutina 12. Instit. d. tit. Et quidem jure  
Civili i. e. leg. 12. tabb. constitutum est, ut res mobiles, an-  
no, immobiles biennio tantum in Italico solo usucapian-  
tur; Jure verò novo & in tempore & loco mutatio facta est;  
ut res mobiles triennio, immobiles decennio aut vicennio  
sine ullâ differentiâ loci acquirantur l. unica C. de usucap.  
transf. §. 1. Inst. de Usucap.

(b) Per universitatem rerum dominia quærentur succes-  
sione, eaque vel civili vel prætoria, l. 1. in fin. ff. de mun. & honor.  
Vid. supr. thes. 8. lit. a. Ultraque verò vel ex Testamento con-  
tingit, vel ab intestato l. lege 130. ff. de V. S. l. 3. §. de illo ff. pro  
facio.

## XXI.

Dominium multis modis probari (a) potest: Ex cau-  
sis vel titulis tam naturalibus, quam civilibus (b) instru-  
men-